



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 117. Conventio Synodi cum Græcis continuata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. Capranica exclusus fuerit. Hæc Jordanus
 A.C. 1434. ni Brizei apologia die decima tertia Augusti Anno salutis millesimo quadringentesimo trigesimo tertio Aquis sextis Provincia in lucem prodiit.

§. CXVII.

Conventio Synodi cum Græcis continuata.

Sub idem tempus strenue infudatum est perficiendo Græcorum unionis negotio. Attamen synodales Legati, in Constantinopolim veniunt, non sine strepore Patriarcham ultramarini itineris molestias subire minus propensum intelligunt, ac paulo post Delegati, quos Græci ad Eugenium Papam miserant, in Orientem revertuntur, comitante eos Christophero de Corona, alias Garatono, qui quidem pactis in Basileensi Synodo conventis specietenus adstipulari, re tamen ipsa ex secreti mandati præscripto illis adversari jubebatur. Hinc arcana summo executurus iussa, Synodi Basileensis Patres nec sibi invicem, nec Pontifici concordes esse divulgabat; Nihilominus Imperator cum ipsis Concilii deputatis quædam capitula erigere statuit, quibus etiam Patriarcham, ut accederet, induxit. Nominabantur quoque Viri, quibus hæc pacta perficerent, inunctum, quin

mo ipsum etiam Concilium in hanc rem Sæcul. XV.
 condidit decretum, quod in Orientem mi- A.C. 1435.
 sit: Ast dum Græci in eo sequentia le-
 gerent verba: *Synodi Patres abolita nova
 Bohemorum hæresi, antiquam quoque Græ-
 corum hæresin extirpare cupientes &c.* (*)
 Vox ista adeo vehementer Orientalium
 offendit aures, ut, nisi prius hæc verba
 corrigerentur, nil ultra sibi proponi per-
 mitterent. Quapropter synodales dele-
 gati novum decretum condi pollicentur,
 ac de illius forma deliberant. Præterea
 postularunt Græci, ut summus Pontifex
 huic Concilio non modo per Legatos, sed
 per se ipsum interesset, securitatis vero
 literas integra fide concederet, scripto-
 que promitteret, quod Græci Synodi ex-
 pensis, sive unio sequatur, sive non, in pa-
 triam reducerentur. Posthæc horum
 synodalium Deputatorum unus Basileam
 mittitur, qui ad Synodum Decreti ab eis
 emendati tenorem deferret, & græcorum
 postulata ratihaberi peteret.

§. CXVIII.

(*) In appendice Conc. Basil. p. 176. edit.
 Colon. hæc verba ita leguntur: *Quamobrem
 hujus sanctæ Synodi ab initio suæ congregatio-
 nis præcipua cura fuit, recens illud Bohemo-
 rum, antiquumque Græcorum dissidium pror-
 sus extinguere.*